

79 Processionibus publicis interesse non sunt cogendi Monachi S. Hieronymi. Sac. Cong. Concil. apud Joann. Mariam. Novar. loc. cit. & Barros. loc. cit. num. 14.

80 Processionibus publicis interesse compelli non possunt Monachi SS. Trinitatis Cayen, quorum monasterium est immediate subiectum Sedi Apostolica; Sac. Cong. Conc. 14. Augusti. 1579.

81 Processionibus publicis interesse cogi non possunt Carmelites Disalceati. Clemens VIII. const. incip. Religiosorum :: Et sic etiam plures alii Regulares, uti constat ex eorum respectivis privilegiis.

82 Episcopus cogere non potest Canonicos ad intendendum processionem, quæ fit in tertia Dominica mensis. Sac. Cong. Conc. in Sarr. 27. Jun. 1705. in responsione ad 7.

83 Processiones fieri possunt à Canonicis Cathedralis etiam per limites Parochiarum sine licentia Curati. Sac. Cong. Rit. in Thelesin. 28. Aug. 1625. & Jun. 1619.

84 Processionibus solitis, ut confratres convenient, compellere potest Episcopus sub penis arbitrio illius, maxime stante possessione illos vocandi per edicta; Sac. Cong. Conc. 21. Jan. 1622. & 8. Maii 1627.

85 Processiones debent fieri ordinatim, & successive absque aliqua divisione, tam quando incedunt, quam quando stant; Sac. Cong. Rit. in Tol. 15. Maii. 1612.

86 Edictum Episcopi prohibens explodi tormenta bellica per vias, dum fiebant processionibus, sustinetur, & contra edictum Curæ laicæ promissum post peractam processionem refertur, prout de Jure Sac. Cong. Immunit. 2. Decemb. 1698. lib. 2. Decret. Valleman. pag. 190.

87 Si ratione alicujus solemnis processionis seu alterius urgentis necessitatis Religiosi omnes egrediantur à Conventu, feminæ tunc illum ingredients, graviter peccant, & penis ingredientium afficiuntur. Sic expresse Bonacina tom. 1. tract. de Clausur. quest. 5. punct. 2. n. 7. Donatus prax. Regul. tom. 1. tract. 4. q. 16, & alii. Et ratio est, quod in tali casu facerent contra legem, quæ sub gravissimis penis prohibet feminas intrare in Conventum virorum. Nec obstat, quod prout cessat finis legis, nempe Regulares perturbari, vel incitari ad peccandum, cum ut supponitur, in Conventu nullus existat; Quia per accidens est, finem legis in aliquo raro casu non violari; lex autem respicit id, quod est per se, & sæpius accidit, non autem id quod est per accidens, & raro contingit; I. Ex his 4. & 1. Nam ad ea 5. f. de Legibus Authent. Ut sine prohibitione maris, cum similibus.

88 Nec valet dicere, quod cessante causa prohibitionis cessat ipsa prohibitio; cap. Cum cessante 60. de appell. l. Cum ancillam 6. Cod. de conditione ob causam, & Gloss. fin. ib. cum similib. Non valet, inquam, quia id procedit quando causa cessat per se; secus autem si ex aliquo accidente, ut in nostro casu. Et id, quod dicitur de ingressu feminarum in Conventus Religiosorum, venit dicendum etiam de ingressu virorum in Monasteria Monialium, si ex aliquo accidentali casu ad breve tempus omnes egrediantur à monasterio. Et à fortiori si aliqui Religiosi, vel aliqua Monialis remaneat in Conventu, & respective monasterio ad custodiam, vel ob aliam causam pro illo brevi tempore: maxime cum novissime editæ sint à Bened. XIV. quæ constitutiones rigidissime prohibentes, una quæquæque ingressum in clausuram Religiosorum, prima quæ incip. Regularis disciplina: & altera ingressum in clausuram Monialium, quæ incip. Salutare in Cath. Ecclesiæ institutum:

Alia ad rem Vid. verb. Crux.

Processio Generalis solemnitate Corporis Christi, Sede Apostolica vacante, de more celebrari jubetur cum præscriptione ritus, & personarum, quæ interesse debent. Benediçt. XIV. tom. I. constit. 122. incip. Pastoralis Sollicitudinis: Et præscribit, quod celebratur apud Basilicam Vaticanam. Idem ib. §. 3. Electio Antisitis, qui deferat Sanctissimum Sacramen-

tum, tributur Collegio Cardinalium. Idem ibid. §. 5.

Processiones confraternitatum singulis diebus per Octavam Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in Urbe habendæ statuuntur ad diversas, & designatas Ecclesias. Idem constit. 83. incip. Admirabilis §. 11. Vid. supra ad verb. Capella à num. 65. ubi assignantur Ecclesie, & Indulgentiæ.

Regularibus liberum est pro processionibus peragendis extra Claustra licentiam petere vel ab Episcopo, vel à Parocho; Immo habita licentia ab Episcopo, qui est Parochus Parochorum, etiam contradicente Parocho, possunt processionem ipsam extra claustra peragere; Sac. Cong. Conc. in Nepesina 3. Aug. 1686. & in Voltaterrana 16. Martii 1725. ad decimum, ut refertur in Thesuro Resolutionum; Sac. Cong. Concil. tom. 4. in dict. Voltaterrana.

Processio Kalend. Augusti ab Ecclesia S. Francisci Assisien ad Ecclesiam S. Mariae Angelorum, ad formam veterum Indultorum approbata, & confirmata fuit à Benediçt. XIV. const. incip. Fidel. Dominus. §. 10.

Processionibus publicis, quocumque jure, seu auctoritate indictis ab Archiepiscopo Neapolitano, interesse non tenentur Rector, aliquæ Clerici, seu Presbyteri actu interservientes in hospitali S. Angeli à Nido Neapolitanæ civitatis. Benediçt. XIV. constit. incip. Præclarum §. 15.

Processiones prius fieri debent, dein missa solemniter cantanda ex Rubrica Missalis Romani. Insist. Eccles. 68. §. 12. Nisi tamen aliter ob gravem causam Episcopo, vel Clero videatur. Ibid. ex ead.

Processio in festo S. Marci, si incidat in ipsam Paschæ Resurrectionis diem, transferenda est ad tertiam diem Paschæ, ex Decreto Sac. Cong. Rit. die 25. Sept. 1734. Inst. Eccl. 28. §. 3.

Non obstante Concilio Tridentino sess. 25. cap. 13. de Regul. obligante Regulares tametsi exemptos ad publicas processionem possunt adhuc ii, vel ex privilegio, vel ex præscriptione non teneri in iis intervenire.

Quod attinet vero ad privilegium nota hoc debere esse recta concessum, minimeque venire in generali privilegiorum communicatione, ne ex ea, quam fere omnes Religiones habent, communicatione privilegiorum, Regularibus orbatæ remaneant publicæ processionem contra mentem Concilii Tridentini; Pellizzar. in Manual. Regul. tract. 4. cap. 2. quest. 5. Pasqualig ad Laurent. de Franch de process. quest. 2. num. 63. Quarti de process. sect. 3. punct. 1. quest. 4. in fin. P. Gaud. à Jan. de Visit. cap. 4. dub. 10. sect. 4. num. 63. Rota in Melliten. Processionum 24. Januarii 1757. §. 6. cor. P. D. Parracian. & 14. Febr. 1759. §. 1. coram R. P. D. Herreros.

De privilegio concessio à S. M. Pio V. in Bulla Etsi mendicantium Collegiis studiorum non interveniendi in publicis processionibus, quæri solet, an revocatum illud fuerit à Gregorio XIII. in Bulla In tanta? Affirmavit autem Rota in d. Melliten. Processionum 24. Januarii 1757. §. 3. & 14. Febr. 1759. §. 4.

Cæterum atenta Bulla, Etsi mendicantium, non omnia Collegia studiorum, sed mendicantium tantum non item Monachorum, & quidem ea, in quibus Fratres sub arctiori custodia degunt, ita ut nec in choro cantent nec ad mortuos accedant, sed tantum studiis, & lectionibus vacent, gaudent privilegio non interveniendi in publicis processionibus; Rot. in d. Melliten. Proce. 24. Jan. 1757. §. 4. & 14. Febr. 1759. §. 3.

Quod vero concernit præscriptionem, ea non aliter potest opponi, quam si Regularis vocati, per tempus legitimum non intervenerint in publicis processionibus. Ceterum Regulares non vocati, tametsi per diuturnum tempus non intervenierint in publicis processionibus, præscriptionem opponere nequeunt, idque quia ubi quæritur est de præscriptione juris negativæ cum iis, qui ante interpellationem nulla tenentur obligatione, ea non incipit nisi à die, qua interpellati contradixerint, & sic

possidere ceperint; Peyrin. ad Const. 2. Sixti IV. §. 11. num. 57. Maron. Resp. 12. num. 3. & 35. Pellizzar. in Manual. Regul. tract. 1. cap. 12. res. 13. Bord. var. res. p. 2. res. 7. n. 122. Lezzani. in Summ. tom. 1. c. 9. n. 47. Rot. in d. Melliten. Processionum 24. Jan. 1717. §. 15. & 14. Febr. 1759. §. 10.

Quantum vero tempus requiritur ad hanc præscriptionem, variant Doctores. Ar si ponderetur, quod singulis Decretis Concilii Tridentini inest decretum irritans ex constitutione S. M. Pii IV. ejusdem Concilii Tridentini confirmatoria, quæ in radice submovet quamlibet contrariam consuetudinem in futurum, vim nullam habere poterit quadragenaria; Ursaya discip. Eccles. tom. 6. part. 2. discip. 19. num. 105. & plur. seq. Rota in dict. Melliten. Processionum 24. Jan. 1757. §. 14. & 14. Febr. 1659. §. 10.

**PROCESSUS CURIÆ LAICI LÆSIVI IMMUNITATIS.**

Processus Laicorum post confugium factum nulla adhiberi potest fieri per Judicem Eccles. quo vero ad probationum revelantiam remittitur iudicio Episcopi; Sac. Cong. Immunit. in Laudon. 13. Decemb. 1633. l. 4. Decret. Paul. pag. 179.

Immo injungitur Episcopo, ut non recipiat processum fabricatos in Curia Laica post extraxionem confugitorum; Eadem Sac. Cong. Immunit. in Pinen. 2. Jun. 1624. ex registro Scripturarum veterum pag. 26.

Processus Curie laicæ super delictis eorum, qui fuerant ab Ecclesia postea extracti, Episcopus potest adhibere fidem; si ante extraxionem fuerint fabricati, vel ante confugium; Ead. Sac. Cong. Immunit. in Capatquen. 15. Jul. 1636. l. 3. Decret. Paul. pag. 9. in Syracusan. 13. Jul. 1626. lib. 1. Decret. Paul. pag. 8.

Processus originali cum omnibus actibus contra Clericum per Judicem Laicum est ab ipso transmittendus Judic. Eccles. ut aboleatur, & igni tradatur; Eadem Sac. Cong. Immunit. in Nepesina 27. April. 1638. lib. 3. Decret. Paul. p. 6. in Crovatis plebis 31. Maii 1639. dict. lib. pag. 92.

Quatenus sit impossibilis laceratio processus in ea parte, quæ concernit ecclesiasticum, vel cessatio nominis ipsius ecclesiasticus, facta prius declaratione per Judicem, qui confecti dictum processum, irritante ipsum cum omnibus actibus contra ecclesiasticum, uti invalidum defectu Jurisdictionis, datur facultas absolventi censuratos, tam nominatos, quam innominatos in cedulonibus; Eadem Sac. Cong. Immunit. in Aquilana 27. Jan. 1634. lib. 3. Decret. Paul. pag. 194.

Processus, & alii actus Curie Laicæ contra Equites Hierosolymitanos sunt prorsus invalidi; Eadem Sac. Cong. Immunit. in Messanen. 18. Novemb. 1653. lib. 5. Decret. Paul. pag. 25.

Officiales, & Ministri Curie Laicæ conficientes processum contra Clericum excommunicationem incurunt; Ead. Sac. Cong. Imm. in Recinaten. 27. Jul. 1683. l. 3. Decret. Alroviti pag. 211. (Vid. verb. Immunitas.)

**PROCESSUS CURIÆ ECCLESIASTICÆ.**

Processus Curie Ecclesiasticæ non sunt consignandi Judici Laico: Sac. Cong. Immunit. in Terracinen. 18. Februarii 1031. lib. 2. Decret. Paul. p. 97.

In confectioe processus super Immunitate non est permitienda à Ministris Episcopi assistentia Judicis laici; Sac. Cong. Immunit. in Ariminen. 6. Maii 1631. ibi pag. 76.

In fabricatione processus contra Personas Ecclesiasticas cavet Episcopus, ne utatur ministerio Laicium Ministrorum; Sac. Cong. Immunit. 30. in Pientina Jun. 1700. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 297.

Episcopus conficit processum ad formam Bullæ

super delicto prætenso exceptuato, observans, quod nullus habendus est respectus ad processum fabricatum in tribunali laico pro probatione Juridica delicti, sed solum permittum est uti processu Curie Laicæ pro simplici instructione animi. Sac. Cong. Immunit. in Alexand. 17. April. 1700. ibi pag. 282.

Aliquando injungitur Vicario, ut absteineat ab ulteriori processu super delictis extractorum, & attenta eorum restitutione ad Ecclesiam. Sac. Cong. Immunit. in S. Severina 18. Augusti 1663. l. Decret. Fomi p. 10.

Cum Curia Legationis peteret sibi communicari processum fabricatos in Curia Ecclesiastica contra Extractores, Sac. Cong. respondit. Communicatio processus non est faciendæ, nisi comprehensis in Monitoriis Sac. Cong. Immunit. in Bonon. 19. Julii 1695. l. 1. Decret. Vallem. pag. 201.

Processus occasione Immunitatis factus à Curia Eccles. ex stylo Sac. Cong. non consignatur Partibus; Sac. Cong. Immunit. in Januian. 23. Julii 1632. lib. 2. Decret. Paul. pag. 132.

Confectio processus super loco capture ad effectum declarandi, an quis gaudet necne immunitate spectat ad Episcopum. Sac. Cong. Immunit. in Veritonem. 1. Sept. 1043. l. 3. Decret. Paul. p. 208.

Episcopus Mantuanus supplicat. Sac. Cong. pro resolutione infrascriptorum, scilicet: aliqui Sacerdotes cum aliis Laicis prætensi Monasterii carcerari fuerent à Curia Seculari, & adhuc detinentur in carceribus laicis pro tuta custodia, sed nomine Episcopi, qui quærit. An possit Episcopus circa Ecclesiasticos conficere processum conjunctum cum Curia Laica ob Laicos complices?

II An ad conficiendum processum possit delegari usque ad sententiam exclusive Judicem Laicum?

III An facti processus in Curia episcopali possint communicari iudicia resultantia ab ipso Curie Seculari contra Laicos?

IV An dato, quod Curia Secularis perseveret in denegatione communicationis sui processus Curie episcopali in parte tangente Ecclesiasticos, si vicissim Curia Episcopalis non communicet Curie Seculari iudicia, quæ resultant ab dicto suo processu, debeat Episcopus dimittere Sacerdotes, cum contra ipsos, nec iudicia, nec corpus delicti habet?

Sacra Congregatio respondit:

Ad I. Episcopum non posse conjunctim procedere, & ad ipsum spectare integram cognitionem causæ.

Ad II. Eundem Episcopum non posse delegare Judicem Laicum.

Ad III. Non posse processum communicare.

Ad IV. Non posse de rigore juris procedere, sed facere debere diligentias pro habendo processu, & incorporate delicti, quod si non habuerit, dimittat carceratos cum cautione de se presentando. Sac. Cong. Immunit. in Mantuan. 18. Jul. 1651. l. 4. Decret. Paul. ibi. p. 154.

Episcopus formet processum contra eos, qui in actus produxerunt Episcopum non esse Judicem competentem Immunitatis Eccl. neque Sac. Cong. sed solum Regiam Cameram. Sac. Cong. Immunit. in Oriem. 29. Decemb. 1625. l. Scripturarum Veterum p. 80.

Pendente fabricatione processus super requisitis Clericus Episcopus facti sibi consignare Clericum à Curia seculari, & caute in suis carceribus custodiat. Sac. Cong. Immunit. in Aquin. 18. Febr. 1673. lib. 1. Decret. Alrov. pag. 772.

Processus fabricatus à Clerico conjugato uti subdelegato à delegato Papa contra personas ecclesiasticas, est nullus, eo quia subdelegato virtutis facultatis Pontificiæ solum concedi solet Clericis simpliciter. Sacra Cong. Immunit. in Viterb. 13. Sept. 1679. l. 2. Decret. Alrov. pag. 1837.

Processus fabricatus à Clerico conjugato de ordine Sac. Consultæ ex facultate habita à Sanctissimo, in qua tamen non erat expressum processum fieri posse

- à Clerico conjugato, non sustinetur. Sac. Cong. Immunit. in *Interam. 20. Decemb. 1702. lib. 5. Dec. Vallem. pag. 46.*
- 14 Processus confectus à Bigamo absque expressione Bigamiz in Facultate concessa à Sanctissimo procedendi contra Clericum non sustinetur. Sac. Cong. Immunit. in *Montis Falisci 10. Dec. 1702. ibi pag. 462.*
- 15 Processus Curiz episcopalis, & condemnatio ad trilemes Clerici dolose extracti ab Ecclesia per Capitaneum di *Campagna*, ut dicitur, est omnino abolendus. Sac. Cong. Immunit. in *Cassanen. 10. Martii 1693. l. 1. Decret. Vallem. pag. 29.*
- 16 Cum Episcopus suffraganeus in confectioe processus contra Canonicum pratensum Reum homicidii proditori commiserit plurimos defectus, ad hos vitandos Sac. Cong. ordinat, quod pravia consignatione Canonicis carcerati Metropolitanò, ut idem conficiat novum Processum juxta instructionem faciendam per *D. Ponentem. Sac. Cong. Immunit. in Oppiden. 17. Febri. 1693. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 24.*
- 17 Processus fabricatus à Vicario Gener. contra perturbatores Libertatis Eccles. cum suscriptionibus dedita opera falsis, & datis dierum pariter falsis, impedit validitatem censurarum, & Episcopus procedat contra falsarios. Sac. Cong. Imm. in *Caven. 24. Aug. 1694. ibi pag. 141.*
- 18 Confectio processus super exactione Parochià propria domo Parochiali propter causam civilem committitur Episcopo viciniore, quando Episcopus Diocesanus Parochi est suspectus extracto, immo allegatur ut ordinans talem exactionem. Sac. Cong. Immunit. in *Oppiden. 21. Jan. 1687. lib. Decret. Martell. pag. 42.*
- 19 Assignandus est terminus duorum mensium Fisco, & adherentibus pro legitimatione processus, quo elapso, & nihil justificato, restituantur Ecclesiaz extracti. Sac. Cong. Immunit. in *Squillac. 25. Martii 1655. l. 5. Decret. Paul. p. 66. in una Maronum 9. Martii 1656. ibi pag. 94.*
- 20 Aliquando in causis particularis attentionis injungitur Episcopo, ut per se ipsum conficiat processum. Sac. Cong. Immunit. in *Tuderin. 17. April. 1675. l. 1. Decret. Alcovit. p. 1087.*
- 21 Impugnatio processus committitur Metropolitanò quando Episcopus non agit viriliter circa Ordines Sac. Cong. pro reparatione Immunitatis. Sac. Cong. Immunit. in *una S. Agathe Got. 27. Martii 1687. l. Decret. Martelli pag. 108.*
- 22 Injungitur Judici Ecclesiastico, ut in construendo processu utatur Cancellario idoneo, & examinare faciat testes de viso inductos; Sac. Cong. Immunit. in *Viterbien. 3. Martii 1694. l. 1. Decret. Vallem. p. 107.*
- 23 Aliquando ut utatur alio Cancellario Ecclesiastico Partibus secreto; Sac. Cong. Immunit. in *Meliten. 7. Julii 1699. l. 2. Decret. Vallem. pag. 230. & in locum Assessoris deputat alium partibus non suspectum. Sacra Cong. Immunit. in ead. 9. Febri. 1700. ibi pag. 270.*
- 24 Quoad processum formatum in Curia Episcopali solvenda est merces dumtaxat Copistæ. Sac. Cong. Immunit. in *Baldoregion. 6. Jul. 1694. lib. 1. Decret. Vallem. p. 135.*
- 25 Aliquando transmititur processus absque solutione, donec cognoscatur de asserta paupertate partis. Sac. Cong. Immunit. in *Trojan. 6. Dec. 1692. d. l. p. 6.*
- 26 Aliquando pravia cautione persone Eccles. ab Episcopo approbandæ solvendi Cancellario Episcopali summam taxandam à Sac. Cong. Rad. Sac. Cong. Immunit. in *Thean. 13. Nov. 1694. d. l. p. 156. & nullius. Ateni 12. Dec. d. l. p. 161.*
- 27 Sæpe Sac. Cong. injungit Judici Ecclesiastico, ut conficiat Processum, & transmitat, ac informet. Sac. Cong. Immunit. in *Berracinen. 13. Martii 1698. l. 2. Decret. Vallem. p. 154. & alibi.*
- 28 Aliquando jussu Sac. Cong. per *D. Ponentem*, vel *D. Secretarium* datur instructio Judici Eccles. sive Episcopo, seu Vicario Apostolico, seu Capitulari, seu Generali, seu Nuntio pro conficiendo, vel impugnan-

- do Processu. Sac. Cong. Immunit. in *Perusina 23. Januarii. 1698. d. l. p. 133. in Sorana 8. Jul. d. Anni, & l. p. 162. & in eadem 13. Jan. 1699. lib. 7. Decret. Vall. p. 197. & alibi.*
- Pro sanatione præteritorum processum agendam cum Sanctissimo Sac. Cong. Immunit. in *Urbeviciana 16. Jan. 1691. l. Decret. Martell. pag. 719.*
- Sanatur, annuente Sanctissimo, Processus facti contra Reum assassini extractum, tum ob nullitatem provenientem ex eo quod Judices subdelegati auctoritate Apostolica processerunt in constitutione Rei, & in aliis actibus non conjunctionim juxta eorum deputacionem, sed divisim; tum ob nullitatem provenientem ex eo, quod ad efficiendos complices contumaces recepta fuit ratificatio extracti in tormentis absque speciali facultate Apostolica. Sac. Cong. Immunit. in *Bonan. 16. Apr. 1707. l. 2. Decret. Vall. p. 86.*
- Processus fabricatus à Curia episcopali super delicta extracti auctoritate laicali, est nullus, sed annuente Sanctissimo sanatur. Sac. Cong. Immunit. in *Astent. 11. Martii 1681. lib. 2. dec. Altov. pag. 2165.*
- Sæpe injungitur Judici Ecclesiastico, ut legitimum processu, assignet defensiones, & transmitat. Sacra Cong. Immunit. in *Capuana, seu Neapolitana 12. Julii 1699. lib. Decret. Martelli pag. 491. in Anglonen. 2. Junii 1699. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 213.*
- Item ut impugnet processum, eum legitimet, & assignet defensiones, ac transmitat. Sac. Cong. Immunit. in *Nullus Ateni 16. Sept. 1698. lib. 2. Decret. Vall. pag. 175.*
- Sæpe ex commissione Sanctissimi, vel Sac. Cong. Curia Ecclesiastica processum à se factum consignat Curia Laicali. Sac. Cong. Immunit. in *Piraur. 26. April. 1694. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 178. & alibi in Senogallien. 17. Decemb. 1658. lib. Decret. Rocci pag. 143.*
- Modus fabricandi processus brevitatibus gratia, videndus relinquatur apud Farinacium, Julium Clarium, Gomez, Raynaldum, Passerium Sanctorum, Reiffensuel, de Bictis, aliosque similes classicos Auctores. (Vid. *dist. verb. Immunitas*. Cum summa debeat dari concordia inter jurisdictionem Ecclesiasticam, & Secularem, facilis est exitus super effectus hujus nature, præsertim, si recognoscit Litteris Apostolicis prædictis, verb. Immunitas; & verb. Forum: ut procedatur, & pro objecto publica intenditur tranquillitas.)

PROCURATIO.

SUMMARIUM.

- 1 Procuratio ad præsens quid sit.
- 2 Sub nomine Procuracionis que veniant.
- 3 Omnia, que veniunt sub nomine procuracionis debent subministrari Episcopo, seu Visitatori, à Clericis, & Ecclesiis visitatis.
- 4 Non potest tamen Episcopus, seu Visitator Ordinarius exigere pro equitatis, seu velturis neque pro aliis expensis faciendis extra vicium.
- 5 Si autem Visitator sit Delegatus Apostolicus, ultra vicium sunt etiam ei solvende expensæ pro equis, seu veltura, & itinere de loco ad locum necessariam.
- 6 Ordinarie loquendo ad procuracionem præstandam Visitatoribus tenentur omnes Ecclesie Visitacioni subjacte, nisi privilegio, vel legitima consuetudine sint exemptæ.
- 7 Unde Ecclesia, que speciali privilegio Pontificio sunt exemptæ, ad eam præstandam non tenentur.
- 8 Sicuti etiam non tenentur Ecclesie illæ, que legitimam consuetudinem habent non præstandi.
- 9 Sicut non potest Episcopus visitans parvos Conventus sibi subiectos aliquid accipere procuracionis nomine, seu in pecunia, seu in vicibilibus.

Item

- 10 Item non potest Episcopus procuracionem exigere pro visitatione Oratorii privati.
- 11 Item Episcopus non potest procuracionem exigere ab Ecclesiis, & Beneficiis pauperibus sufficientes redditus non habentibus ad ipsam Visitatoribus præstandam.
- 12 Item Episcopus non potest procuracionem exigere ab Hospitalibus, leprosariorum, & aliis piis locis, pro pauperibus, aut infirmis deputatis, etiamsi amplissimos habeant redditus.
- 13 Item non potest Episcopus post Concilium Tridentinum procuracionem exigere ab Ecclesia sua Cathedrali, aut aliis Ecclesiis, seu locis piis, & Clero civitatis, in qua sedem habet: Immo etiamsi ipse Episcopus moretur in alio Oppido diocesis.
- 14 Episcopus, quando vadit per diocesim extra Visitacionis occasionem, vel Sacramentum Confirmationis administrandum, neminem cogere potest ad subministrandas expensas, neque pro equis, neque pro vicibilibus.
- 15 Procuratio non debetur Episcopo, cum per alium visitat, sed ipsi Visitanti.
- 16 Visitatores contenti esse debent modesto equitatu, famulatuque, ne recitent inuisibilibus sumptibus cuiquam graves onerosos sint.
- 17 Unde non debet Episcopus secum ducere plurquam ad summum octo personas, ut observat S. Carolus, qui etiam pro sua mensa uno solo ferculo contentus erat.
- 18 Vicarius autem Capitularis, seu Vicarius Generalis, vel alius substitutus, qui non sit Episcopus, non potest exigere nisi medietatem procuracionis dari solite Episcopi.
- 19 Quod procedit etiam respectu Vicarii Apostolici visitantis.
- 20 Procuracionum numerus commensurandus est numero dierum, in quibus munus visitacionis impenditur.
- 21 Unde, si Visitator una die plures Ecclesias visitando abolvat, non licet ei accipere ab omnibus ipsis simul nisi unam procuracionem pro tali unica die, quamvis quælibet Ecclesia de per se sufficiat ad integram procuracionem præstandam.
- 22 Nullam tamen procuracionem exigere potest Ordinarius pro visitatione Parochialium unitarum Religioni Hierosolymitane.
- 23 Visitator hospitatus à Laicis non potest exigere procuracionem à Clericis, dummodo isti vicibilia non recusaverint.
- 24 Laici, nisi velint sponte solvere, non debent cogi censuris, ut solvant procuracionem, non obstante solito.
- 25 Visitator potest nunc licite recipere procuracionem in pecunia, si visitati velint eam sponte solvere, quamvis olim id fuerit prohibitum.
- 26 Intuitu procuracionis non potest Visitator, sive ejus Secretarius, sive quovis alius de suo committatu, aliquid munus, etiam gratis oblatum recipere, & hoc sub gravibus panis que assignantur.
- 27 Subnectuntur Supplementa Auctoritatis, ad n. 33.
- 28 Adidiones ex aliena manu subjiunguntur.

1 Procuratio, quamvis generatim varia significet, ad præsens tamen nihil aliud est, quam contributio summorum, & expensarum necessarium pro vicu, & honesta sustentatione tempore visitacionis præstanda illis, qui Ecclesias diocesis visitant. Sic in re communis, arg. cap. Procuraciones 13. de Censibus, & Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 4.

2 Sub procuracione comprehenduntur omnia, que sunt necessaria pro vicu, nempe cibus, potus, & habitatio ipsius Visitatoris, & honesti comitatus ejusdem.

3 Item pabulum pro equis, & Jumentis necessariis. Communis. Omnia enim supradicta veniunt nomine vicus; l. Verbo vicus 43. l. Et cetera 44. & l. In stratam 45. de verb. significat. Unde supradicta omnia debent sub-

FERRAR. BIZZOTI. TOM. VII.

ministrari Episcopo, seu Visitatori à Clericis, & Ecclesiis visitatis. Communis, per text. in cap. Procuraciones 23. cap. Venerabili 24. fere per tot. tit. de Censibus, & Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 3.

Non potest tamen Episcopus, seu Visitator Ordinarius exigere procuracionem pro equitatis, & velturis, neque pro aliis expensis faciendis extra vicium, quia ad ista, & alia (solo vicu excepto) tenetur de suo. Sac. Cong. Episcoporum, & Regular. in *Vintimiliens. 21. Aug. 1606. in Cajsacen. 20. Martii 1615. & Sac. Cong. Conc. in Larinen. 12. April. 1608. & in Amalphitan. 18. Jul. 1699.* Et sic communis Doctorum.

Si autem Visitator sit Delegatus Apostolicus, ultra vicium, sunt etiam ei solvendæ expensæ pro equis, seu veltura, & itinere de loco ad locum necessariam. Comm. ex Decreto Sac. Cong. 10. Jan. 1627. relato per extensum à Nicol. in *Flosculis verb. Visitatio n. 15.* ubi recte advertit, quod ea, que statutis Conc. Trid. c. sess. 24. c. 3. non intelliguntur nisi de visitatione Ordinarii, non autem de Apostolica, que ad relationem Sac. Cong. destinari solet à Summo Pontifice sub forma ibi à se adducta. (Ad rem vid. *lit. A. pag. 97. col. 1. in nov.*)

Ordinarie loquendo ad Procuracionem præstandam Visitatoribus tenentur omnes Ecclesie Visitacioni subjacte nisi privilegio, vel legitima consuetudine sint exemptæ. Communis arg. cap. Conquerente 16. de Ordinar. cap. Ex Offic. 16. de præscript. cap. Procuraciones 23. de censibus, cum similibus, juncto Conc. Trid. cit. sess. 24. de reform. cap. 3.

Dicitur autem notante: Nisi privilegio, vel legitima consuetudine sint exemptæ, quia Ecclesie, que speciali privilegio Pontificio sunt exemptæ, ad eam præstandam non tenentur, text. expresso in cap. Cum instantia 17. de censibus. Sicuti etiam non tenentur Ecclesie illæ, que legitimam consuetudinem habent eam non præstandi, text. expresso in Conc. Trid. cit. sess. 24. de reform. cap. 3. ibi: In iis vero locis, seu provinciis, ubi consuetudo est, ut nec vicibilia, nec pecunia, nec quidquam aliud à visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant, ibi id observetur.

Sic non potest Episcopus visitans parvos Conventus sibi suppositos, seu subiectos, aliquid accipere procuracionis nomine, seu in pecunia, seu in vicibilibus, ut expresse declaravit Sac. Cong. super statu Regularium 25. Junii 1665. Papa approbante Decretum, ut sequitur.

«Cum Sacra Cong. super statu Regularium alias consulta: An Episcopus visitans parvos conventus sue Jurisdictioni suppositos, aut personas in eis dependentes ad præscriptum Decreti san. mem. Innocentii X. quod incipit. *Ut in parvis &c.* possit à visitatis procuracionem exigere in vicibilibus, vel in pecunia, duxerit expedire, ut Sanctiss. D. N. decerneret, & declaret non licere Episcopo tales conventus visitanti quicquam accipere procuracionis nomine: Sanctitas sua Congregationis sententia audita, expresse approbavit, noluitque licere Episcopis hujusmodi conventus visitantibus aliquid accipere procuracionis nomine, seu in pecunia, seu in vicibilibus, & ita obsequari precipit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore Juris clausis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ die 23. Junii 1665.  
Marcus Antonius Card. Franciotius.  
Loco Sigilli.  
Prosper Fagnanus Secret. Custos.

Item non potest Episcopus Procuracionem exigere pro visitatione Oratorii privati. Communis, text. expresso in cap. Auctor. 27. de censibus, juncto ejus Summario, in quo sic præcisè habetur: *Propter privatam Oratorium Procuratio ratione visitacionis non debetur.*

Item Episcopus non potest procuracionem exigere ab Ecclesiis, & beneficiis pauperibus sufficientes redditus non habentibus ad ipsam præstandam. Communis, arg. cap. Cavendum 7. caus. 10. quest. 3. cap. Statutum

Xx



